Nlis Mathias olim Pauli Wsdzikowski sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia Gnoso Joanni Casimiro Zu-
ba Capitaneo Terrae [illegible] et eius successoribus tenetur et debitus
1562 certi veri et liquidi debiti mutuatae pecuniae summam Centum florenorum
numeri et monetae Polonicalis quam quidem summam expressam recogno-
scens submittit ac se de Omnibus bonis cum successoribus suis inscribit memo-
rato Creditori suo suisque eius posteris hinc pro festo Nativitatis Sancti
Joannis Baptistae proxime futuro parata pecunia solvere realiter et de
facto dare et restituere aut circa Acta Officii praesentis reponere derelinquere
repositamque et relictam aversis ad se non recipere nec modo quovis acceptare
aut efficiendere sub vadio simili aliorum Centum florenorum Polon. in de-
fectu solutionis pro tempore praefixo absolvendo succumbendo. Et Coram offi-
cio praedicto Castrensi Boransensi in primo Citationis Termino peremptoria respon-
sione ac satisfactione Omnibus in universum iuris remediis et defensis
legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores
Vbi abscribendo et renunciando.

Choienski Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Boransensibus personaliter comparentes
Nlis Mathias et Joannes filii olim Nlis Erasmi Gorski sani mente
et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet
eorum suo et interesse recognovit. Quia Nli Egidio olim Joannis Cho-
ienski eiusque successoribus Jus Inscriptionis certa [illegible] summarum per olim
Nlem Petrum Gorski olim [illegible] recognitae Coram Actis Zam-
brovien. feria Quinta post Dominicam [illegible] Millesimo Sexcentesimo
Sedecimo modo Inscriptionis in ducentis sexagenis Polon. inscripto
cum Omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis suis ac parata intro-
missione tentione evictione et ligamentis in Originali inscriptione conten-
tis cedunt et condescendunt Inductionemque illi tenuere cum pacifica
possessione per Nlem et Nles eius offerre acceptandam admittendo.

Strzypkowski Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Boransensibus personaliter comparens
Nlis Christopherus filius Stanislai Cnyszkowski sanus mente et corpore
existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nli Joanni filio Nlis
Stanislai Strzypkowski eiusque posteris Sex florenos et Quindecim
grossos Polon. teneri ac debere pro Dominica Septuagesima proxime
ventura solvere se de Omnibus bonis cum successoribus suis submittit
et inscribit sub vadio simili aliorum Sex florenorum et Quindecim
grossos Polon. in defectu solutionis pro tempore praefixo absolvendo
succumbendo. Et Coram officio praedicto in primo Citationis Termino
peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus in universum
iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure
concessibilibus se et suos successores Vbi abscribendo et renunciando.